

denter, sincere, sobrie publicam rem administret; filii vero, ut (a) sunt plerunque parentibus absimiles, favore potentiaque parentum prestantes succedant (b), harumque artium ignari omni crudelitatis ac libidinis scelere se contaminent. et est quidem difficile ut in summis deliciis homines nati, in omni voluptate nutriti, ubi erro- 5 ribus atque assentationibus omnia plena sunt, ad rectum iter declinent; nam neque sunt qui admonere aut dicere verum ausint, neque qui dici sibi verum (c) velint. ex celesti itaque munere (e) evenit, si qui ex his tenebris erumpant et veram rationem aliquando aspi- 10 ciant (d). evenit autem aliquando, ut privati quidam (e) nefarii ac facinorosi essent, qui postea in principatum sublati equos se iustosque prebuissent, ut de Augusto legimus. audivimus (f) de Ubertino nuper, qui, cum antea complices multos ac ministros scelerum haberet, dominus factus seorsum eos (g) evocavit atque admonuit ut ab his abstinerent: hactenus se in omnem rem comitem (h), 15 posthac equum principem prestitum; de his, que antea gesta essent, nullam se rationem habiturum; in futurum, ne quid admitterent, providerent. eos igitur, qui ab solitis vitiis abstinere non possent, male habuit; ceteros, ut dignum equumque fuit, coluit<sup>(i)</sup>. illi autem prorsus abominabiles<sup>(i)</sup> sunt, qui, non recte vivendi viam 20 secuti sed spurcissimos ac detestabiles mores imitati, infeliciter periere.

(a) *B om.* ut (b) *B* succedant *P* succedunt (c) *B* qui sibi dicere verum *P* di-  
cere verbum (d) *B P* veram aliq. rat. despiciant (e) *B* quidem (f) *B<sup>3</sup>* audimus  
(g) *B P* eos seorsum (h) *B P om.* comitem (i) *Dopo abominabiles s'arresta il fram-  
mento in BB<sup>3</sup>*

(1) Sul conto di Ubertino di Nicolò da Carrara, terzo signore di Padova, il quale morì addì 29 marzo 1345, vien detto: « abundans opibus et liber patrio « metu, per multam licentiam vivere « exorsus est, fuitque eius vita varia: « ut enim in iuventute multa libidinose

« multaque iracunde gessit, ita in se- « nectute et post susceptum principa- « tum, et sapienter et magnifice fere « omnia » (cf. A. GNESOTTO, Petri Pauli Vergerii « De principibus Carra- riensibus et gestis eorum liber », Padova, 1925, p. 79).